

IN
LAVREAM POETICAM
Viri CL. doctiss. & humaniss.
**DN. M. IOANNIS FOR-
STERI AVROBACHII,**

*S.S. Th. Candidati, Vatisq; culti
& elegantis,*

A

Magnifico & consultiss. V. Dn. NICOLAO
REVSNERO I. V. D. & Comite Palatino
Cæsario dignissimo, &c.

IPSI DONATAM

Idib. April. 1600.

**VERSICVLI GRATVLA-
TORII SCRIPTI ET AD-
EVM MISSI AB AMICIS.**

E Scholâ Halensi Saxonica.

ANNO M. DC.

*HALAE SAXONVM,
TYPIS PAVLI GRÆBERI. ANNO MD. C.*

I N

LA VREAM MV SÆ FOR- STERIANÆ CÆSARIAM.



Audem res bona quælibet meretur :
Res quævis mala dedecus meretur.
Affert res mala dedecusq; maius,
Quo res deterior putatur omnis.
At quid deterius fuit poësi
Mendaci atque leví, mereq; inani,
Quæ vanas recitat jocationes ,
Nugas, concubitusq; , furta, stupra,
Incestus, odium, libidinesq; ,
Raptus, insidias, dolos, amores,
Lenonum pueros, venena, cædes ?
Saturniç; , Iovisç; , Palladisç;
Quid Numen? Rhea quid , Medea, Iason,
Quid sexcentum alia ? aut quid & cicadæ
Tithoni : Lyciorum & inde ranæ :
Quid sunt Myrmidonum laboriosum
Formicæ & Libet haud referre plura,
Sunt commenta ea cum ta, fabuleq; ,
Quin responsa dedere fista quondam
Versu Numinæ frivolo atque inepto ;
Dictæ à Virgilio inde, & inde Homero
Sortes Virgilianæ, Homericæque :
Circes, carmine, & hinc notantur artes.
Hinc infania pura ; non, POESIS ,
Ars est Democrito : cibusq; foedus.
Dæmonum est Hieronymo : tibiç;

Augusti-

Augustine, latet Vagi Lyæus
Erroris, malè sobriæ catervæ est.

Vates ejcīs inde Civitate
Ex Dei, ut Plato Civitate plebis:
Admitti Cicero vetatq; Vates,
Quare publicus est Poëta dictus
Grassator tibi Gellio, & Catoni.

DE usū haud sunt ea dicta; sed de abusū.
Erratum artificis, scelusq; turpe,
Non arti, aut tribuas professioni.
Inter res hominesq; cautus, inter
Et discerne poësin, & poëtam.
Et prodeſſe volunt boni poëtæ:
Delectare volunt boni poëtæ:
Et jucunda, & idonea ore vitæ
Apto dicere: nilq; inest minutum;
Tām spretum neque; maximum atque summum
Quod summis nequeat viris videri.
Magno hinc dia Poësis est Erasmo
Condīta ex varijs placenta lingvæ
Dulci delicijs sapore grata.
Quin oratio lege texta certâ
Mensuræ harmonicæ, pedumq; : mulcet
Aures suaviter, afficitq; pectus
Mirè, atque altius huic inhæret uni:
Intus mentem agitante Spiritu illo,
Quo vates bonus incalescit omnis.

QUANDO ergò omnia laude, I A N E, summā
Prætas ingenio, arte, quod Poëtæ
Præstant eximij: exprimisq; totum
Versu Mæoniden gravi, & Maronem;
Ut cunctos rapias vel in stuporem;
Quis te non habeat bonum Poëtam,

A 2

Dignum

Dignum, tempora Apollo cuius ornat
Lauru; Cæsar & offerat coronam.
Romanus, caput & Monarcha Mundi;
Laurus floreat usque; nec corona hæc
Vnquam marceat: his beatus esto.

IN EANDEM MVSA M.

Musa Dc̄i servit laudi, laudiq; Virorum,
Virtute eximium qui peperere decus.
Quo magis hoc præstat, majorem Musa meretur
Laudem, perpetuos vivere digna dies.
Hoc quoniam felix præstat FORSTERVS utrumq;
Ingenij mirâ dexteritate sui:
Quis non insigni tam prædicet arte celebremi?
Non pede, at arbitrio, cui suavita fluit?
Quando resolvit enim in doctas celer ore loquelas,
Non nisi picta refert, menteq; ficta refert.
Digna refert Cedro, benè Phœbo & Apolline dignas;
Dignaq; quæ medio, Pallade, corde sedet.
Ergò diu ut præstet FORSTERVS id acer utrumque,
Ipse diu valeat, viuat & ipse diu.

ALITER.

Quæ FACILIS, quæq; est GRAVIS; optima Mu-
sa. Sed absit
Afacili levitas; à grayi & asperitas.
Laude cupis qua FORSTERIANA THALIA feratur,
Scire? dabo paucis: est GRAVIS & FACILIS.
Sed GRAVIS est mirè, est FACILIS mirè: omnia mira.
Ergò quis HANC mirans non veneretur, amet?

magia

S A

IN

IN EANDEM

Eiusdem Poëtæ, Theologiæ Candidati,
ad eoq[ue] θεονύμφα,

MUSAM TERGEMINAM,
ROMANAM, GRÆCAM, ET HEBRÆAM.

CArmine quem beat insigni dñinus Apollo,
Hunc lauru ditat promitus & ipse sacrâ.
Musa, Datore ipso, en HEBRAEA, PELASGA, LATINA,
Cum summa cessit laude, benigna, tibi.

Ergo quis triplicem ex lauru non, IANE, coronam

Impositam capiti gaudeat esse tuo?

Laurea perpetuò verno tua flore virescat;

Crescat & in laudes, semper amena, Dei.

Fallor an (ad summos ne quicquam desit honores)

Mox Tyria & cinget molle tiara caput?

Neverò hac solus tu prosperitate fruaris

(sunt sine nam sociis gaudia grata minus)

Ecce individuæ (cor enim est) pars altera vite,

Promta venit thalamo sponsa venusta tuo.

BARBARA (sunt placidi mores) qua nomine, non re:

Barbara sive etiam nomine, regi simul.

Barbara nam gemma est, vegetans & lumina, cor q[ui] est.

BARBARA Hebraea magis, voce; Latina minus.

Vt cordi q[ui] oculis q[ui] suis sit GEMMVL A Sponsa:

Ceu, IANE ô, sponsa, GRATIA, sponsa tua es.

Respiciunt sed non vere te Numinis solum,

Commoda certatim cui tot adiuncta ferunt?

Commoda tanta subinde novo cumulentur honores:

Sis illis felix, sponsa q[ui] Tu q[ui], bonis.

M. Christophorus Cæsar Scholæ
Halensis Rector.

Aρι τυκάζεις σέο κράσε ἐνώθει δάφνη
οιαόμανθο μασῶν ιμερόφων οὐαξε:
γίνεται ἐκ θυμός γλυκερήσιμ ἐνφρεσώνησιμ,
καὶ τάχις ἀπό γλώσσης ταῦτα ἀγορεύει ἐπι:
οὐτοῦ ὁ φωρετηρός τῆς δάφνης ἀγλαστίμο.
Ητοι ἀεμίνεις ἔξιδε βοή κλεψε:
Αυτὸς γαρ τύπτασε ιοὺς ἡματαὶ σὺν κλύτῳ ἔσε
ησκησεμ τέχνες ἄτος ἑδρα, φιλύρης.
Ἐωμοκίωμ σωετῷ δεδάκη, σοφῶντε πελάσγων
θελεινότες γλώσσας, ἐβραΐκενθος ἕρεμ.
Καὶ οὐ μάνοις ἐπὶ γλωττῶν, τεχνῶν, ἀρετῶντε
κῦδος σὺν ἀνθρώποις οὐρανόμηκες ἔχει.
Ἄλλακρες ὑπιμέδοντες ἀναμέλπεις ἀοιδάς,
τοῖς δὲ βροτοῖσι μέτε μαλακόφωνα μέλη.
Τόνεκερηγαθέοις σωταχθεῖς νυνὶ μίκαίων
ποιητᾶς τιμὴν ιμεροέασαν ἔχει.
Ταῦτα πρὸς ήδυεπή, κλυτόδοξος ἀεισεμ απόλλων
παρνάσσος φιλέων μακρὰ κάρηνα. λύραι.
Διὸς Ελικωνίαδες χοροπαιούπολλων
θυγατέρες, μελπειν ἱρέων ἀριπτεπέων:
Ως Δάφνη πέλεται ἐριθιλίες, μικρὲς κερκυνοῖς
ρηγυνυται ἀιφνίδιοις, ἀργαλέουστε πνοοῖς:
Οὐτως στάκλέος οὐκ μῶμος φθονερός φθόνος ἔχθρος
οἱ ξόνοις οὖν θλεστοι, καλλιτελαῖς σωταχῶν.

Nicolaus Gerlach
Halensis.

M. IOANNI FORSTERO AVRO-
BACHIO, P. CORONATO.

Ic est in auras vix superas datus,
Iam tum, IOANNES, GRATVS Apollini
Eras; eras amor Camænis;
Delicia CHARITVM ac voluptas.
Cunas soporas cum duce Pythio
Circum Sororum stans geminus chorus,
Tenella stillabant in ora
Pegaseos puerο liquores.
At multa libans Calliope oscula,
Merum propinat largius: Et capax
Mirata pectus; Nempe noster,
Inquit, eris, eris usq; noster.
Sic dixit: Et prensum exigua manus
Deduxit, infirmo sibi poplite
Nutantem, in Aonasq; SALTUS
Inq; sacri nemoris recessus.
Hic mente mox, FORSTERE, politior
SCRVTARIS artem; ardescit Apollinis
In laudem: ut ad moto tepentes
Cominus igne faces coruscant,
Tantum ergò cernens dehinc Philyres decus,
Dudum parat quam tibi, lauream
Prompta offerebat; inferebat
Musaq; te Sophies Olympos

Huc Dux locatus, circum humeros datus
Solertis armis Uranies, viam
Pandis juventa per latebras
Phocidos & varios meatus,
Hic versus, hic venâ tibi divite
Verèq; RIVO profuit AVREO
Carmen: lyram ad suavem moratur
Obstupefactus Elister undas.
Accensus hac demum super, En novam
Lauro coronam de viridi comis,
Parnasso & applaudente Pindo
Undiq;, Apollo tibi recingit,
Gratantur unâ Leucoridum chorus,
Elistridumq; & Salaidum chorus:
Ad quisq; clamat doctiorum;
Obenè, pro meritoq; factum.
Fronte hinc CORONATA euge per Aonas
GRATA ede SALTVS, RIVO & ab AVREO
Cedrus usq; funde digna, digna
Pallade perpetuâq; famâ.
Venas ut uret Barbara; barbara
Non vena Musæ est: gemma sed ut sonat
Voce ista Hebraâ; onusta gemmis
Hac ita: utrâq; beatus esto.

M. Georgius Schreinerus Gr.

A 2490

ULB Halle
003 485 986




3

SB

WOM



Farbkarte #13



IN
LAVREAM POETICAM
Viri CL. doctiss. & humaniss.
DN. M. IOANNIS FORSTERI AVROBACHII.
*S. S. Th. Candidati, Vatisq; culti
& elegantis,*
A
Magnifico & consultiss. V. Dn. NICOLAO
REVSNERO I. V. D. & Comite Palatino
Cæsario dignissimo, &c.
IPSI DONATAM
Idib. April. 1600.
VERSICVLI GRATVLA-
TORII SCR IPTI ET AD
EVM MISSI AB AMICIS,
E Scholâ Halensi Saxonica.
ANNO M. DC.
HALAE SAXONVM,
TYPIS PAVLI GRÆBERI. ANNO MD. C.